

Quorum bonorum; Vinn. Inst. lib. iv, tit. 13, § *Adipiscendæ*, 3, num. 2; Perez. in Cod. eod. tit., num. 2; Zoes. in Pandect. eod. tit., num. 1, etc.; Heinecc. ad Pandect. eod. tit., § 289, etc.

(10. At hic cum Zoesio quæri posset an hoc interdictum competat etiam hæredi qui jure civili hæres existat. Cujacius in paratit. Cod. tit. *Quorum bonorum*, a quo non multum recedit Donellus Cod. eod., num. 3, sentit hæredi civili hoc interdictum competere non posse, cum prætor tantum suos hæredes tueatur. At secus ex plurium sententia dicendum videtur, qua demum obtinuit jus, ut etiam iis utile detur, qui jure civili hæredes facti sunt, ut communiter tenent post Text. in l. 1, Cod. *Quorum bonorum*; glos. com. approbata ad rub., Cod. eod.; Schneid. tit. *Quorum bonorum*, num. 13; Ant. Faber. Cod. sub eod. tit., defin. unic.; Vinn. Inst. de interdict., § 3, n. 2.; Huber. prælect. jur. Rom., eod. tit. Instit., n. 5, Zoes. in Pand., tit. *Quor. bonor.*, num. 2; Perez. in Cod. eod. tit., num. 2; qui omnes et ad hæredem suum illud extendunt. Vide etiam Voet. ad Pandect., tit. *Quor. bonor.* sub num. 1; Rot. cor. Ansald. decis. 460, num. 1; Ridolphin. in prax. part. II, cap. 7, num. 32; Marant. de ordin. judiciar., part. IV, distinct. 7, num. 2, etc. Quam indubie recipi posse sententiam intelligitur ex leg. 1, Cod. h. t., quæ habet dari hoc interdictum ei qui probaverit se ad hæreditatem aut ad bonorum possessionem admissum esse. Quibus adde etiam quod prætorium jus non eo duntaxat comparatum est, ut emendet aut suppleat in toto, verum etiam ut adjuvet jus civile: Zoes. ad Pandect. l. c., num. 2, in fin., etc.; Accurs. aliq. ad d. l. 1, etc.

(11. Hoc itaque utiliter agunt interdicto non tantum hæredes prætorii, quam etiam civiles, qui quoad effectum nullimode inter se differunt: Huber. prælect. jur. Rom., lib. IV, tit. 15, num. 5. Quin obstat quod in hærede suo dominium defuncti continetur, in extraneum vero propter additionem transferatur, in utroque siquidem casu neque ex domini continuatione aut translatione acquiritur possessio: l. *Cum hæredes* 23, ff. de acq. vel amitt. possess. Vide et Vinn. loc. sup. cit., sub. num. 2, in princ. etc., quam sane, vel hæreditatis petitione, vel hoc assequitur interdicto statim ac sua qualitas iudicii innotescat. Qui enim tanquam frater hoc agit interdicto, ut possessionem acquirat, hanc non ante adepturus est quam illam fratris qualitatem iudicii demonstrat, ex lib. I, Cod. *Quorum bonorum*, etc., utroque autem remedio in hoc casu quisquam hæres utiliter agit, utilius tamen est agere interdicto *Quorum bonorum*, in quo scrupulose nimium, uti supra visum fuit in hæreditatis petitione, non inquiritur. Vide Perez. in Cod. l. c., num. 3, etc. Neque hoc agens interdicto repellit potest exceptione domini, nisi in continenti reus illud probare possit: quod si differat, objecta exceptio interdicti executioni non obsta-

bit, quia in hoc summarie causa expeditur, et frustrationibus omnibus amputatis, res restitui iubetur: l. ult., ff. *Quorum bonor.*; l. 3, § 13, ff. ad *exhibendum*; Menoch. de remed. adipisc., num. 14, quæst. 29, etc. Ex qua possessionis translatione vel restitutione causæ proprietatis non fit præjudicium, propter quam et altera actio postmodum institui potest: Perez. in Cod. tit. *quor. bonor.*, num. 8.

(12. Adversus duo possessorum generatur hoc interdictum, tam nimirum adversus eos qui pro hærede quam qui pro possessore possident res ejus de cujus hæreditate agitur. l. 1, ff. *Quor. bonor.* Ulterius etiam et adversus eum competit qui dolo malo fecit ut rem possidere desineret; in hoc quippe casu ex causa doli pro possessore semper habetur: l. 2, Cod. *Quor. bonor.*, junct. l. *qui dolo* 131; l. *parem esse* 150; l. *ad ea* 157, § 1, ff. de Reg. jur.; Huber. prælect. Jur. Rom. Inst., tit. de interdict., num. 5.; Voet. ad Pandect., tit. *Quor. bonor.*, sub. num. 1, Vide et Heinecc. ad Pand., eod. tit., § 289, etc. *Pro hærede* autem possidet qui putat se esse hæredem, existimans sibi jure debitam hæreditatem: *pro possessore* possidet qui nullam causam possidendi habet, vel saltem injustam: leg. 9 et 10; leg. *pro hærede* 11; leg. *qui interrog.* 12; l. *nec ulla* 13, ff. de petit. hæred. Peregrin. de fideic., art. 46, num. 11, etc., cujus generis est fur, prædo, etc.

(13. Tales ergo possessores hoc afficiuntur interdicto, dummodo possideant titulo universali pro hærede, etc.; quod si titulo aliquo singulari et justo quis possideat (puta *pro emptore*, *pro donato*) sicuti hoc interdictum, ita neque hæreditatis petitio competit: l. 7, Cod. de petit. hæredit.; l. 4, in quib. caus. cess. longi temp. præscr.; Zoes. l. cit., num. 3; Rot. decis. 565, num. 4; cor. Coccino, decis. 671, num. 1 et 2, part. I, in Rec., et cor. Malines, decis. 274, num. 2. Iniquitatis enim speciem redoleret rem a possidente justo titulo auferre, eamque ei quem dominum esse non constat, adjudicare: l. ult., ff. de publ.; Perez. in Cod., tit. *Quor. bonor.*, num. 6; Vinn. Inst. tit. de interdictis, § 3, sub. num. 2, versicul. *pro hærede*, etc. At titulus non excusabit, si talis sit quem lex improbat, ut in titulo *pro emptore*, si res sit emptæ a furioso; *pro donato*, si res ab uxore marito donata sit: *pro dote*, si accepta sit a minori nupta, etc., de quibus et aliis agit l. 13, ff. de hæredit. petit.: quippe in allatis casibus titulus ipso jure nullus est, ac pro possessore possidere dicitur: Voet. ad Pandect. tit. *Quor. bonor.*, num. 1, in med.; et cum eo agi potest, vel interdicto, vel petitione hæreditatis: Vinn. inst. tit. de interdict., § 3, sub. num. 2, vers. *pro hærede*, etc. in fin.; Covarr. pract. quæst., cap. 12; Cacheran. decis. 56; Ridolphin. in prax., cap. 10, num. 39; Ciroch. discept. 50, num. 88, et discept. 70, num. 46, et Rot. cor. Falcon. de misc. dec. 68, num. 9

(14. Rursus, ad exemplum petitionis hæ-

reditatis, datur hoc interdictum pro iis bonis quæ in hæreditate defuncti, cum moretur, fuerunt, et pro iis etiam quæ ex his usucapta sunt, ut ex verbis l. 1, ff. *Quor. bonor.* De Luc. de donat., disc. 20, sub num. 3; Rot. decis. 162, num. 5; cor. Emerix. Cujus interdicti vis nedum ad bona tantum possessa tempore obitus restringitur, sed ad ea etiam extenditur bona quæ simpliciter defunctus, cum moretur, detinebat, veluti ex causa depositi, commodati: ad l. *Item videndum*, § fin., et l. seq., ff. de petit. hæredit.; Peregr. de fideic., art. 46, num. 14; Menoch. de adipisc. poss. 1, num. 78; Rot. cor. Burret., decis. 386, sub num. 2, etc. Ex bonis enim et illa dicuntur quæ non solum possessa, sed etiam detenta fuerunt: l. *rem in bonis*, ff. de acq. rer. dom.; Peregr. loc. cit. et Menoch. eod. l., etc. Imo etiam competit pro rebus quas defunctus jure usufructus possidebat: Menoch. de adipisc. q. 19, rem. 1, etc.; Peregr. art. 46, n. 14, adeoque et feudalia bona interdicto hoc ab injusto possessore avocantur juxta jus feudale, lib. II Feudor. tit. 26, § *Inter filiam* 1; Voet. ad Pand., tit. *Quorum bonorum*, n. 1, in fin.; Roland. consil. 1, n. 9, in princip.; Beroi consil. 67, n. 67, in pr.; Peregrin. de fideicom. art. 46, n. 14, etc.

(15. Ab interdicto *quorum bonorum* parum distat alterum remedium possessorium hæredibus propositum, et a Justiniano introductum ex l. ult. Cod. de edict. divi Adr. toll. Hoc autem discrimine utrumque notatur, quod in interdicto *quorum bonorum* summaria saltem juris probatione sit opus, in hoc vero satis est ut conspicuo aliquo vitio testamentum non laboret: Accurs. ad d. l. fin. Verb. *legitimo*, Cod. eod.; Voet., ad Pandect. tit. *Quor. bonor.*, n. 2; Zoes. eod. tit. n. 5. Ex quibus patet, ut notat præcatus Voet. loc. cit., remedium hoc non competere nisi ex testamento, dum alterum competit, sive ex testamento agatur, sive ab intestato. Cæterum de his qui fusiis edoceri velit adeat inter alios Voet. ad Pandect., tit. *Quor. bon.*, a num. 2, et plur. seq.; Zoes. eod. tit., a num. 5, etc., et Vinn. inst. tit. de interdict., § *Adipiscendæ* 3, n. 3, versicul. *Is dicitur*, in fin., qui addit quod supra relatam interdictum ex testamento competit, quatenus sit testamentum nuncupativum in scripturam redactum, aut petente nuncupato hærede publicatum, de quo Vigl. in præl. d. l. ult., etc.; Sichard., ibid., n. 4 et 5; Menoch. de adipisc. 4, n. 648, et 726; Ant. Faber. Cod. suo ad eumd. tit. defin. 3 et 4; Christian. vol. IV, decis. 30.

ARTICULUS II.

De Salviano interdicto aliisque interdictis possessoriis.

(1. Ad adipiscendam possessionem pertinet etiam interdictum Salvianum, § *interdictum quoque institutionum de interdictis*, l. 2, § *Sunt autem*, ff. eodem, glos. in rubrica Codicis de precario et Salviano interdict.; Pacific. de Salvian. inspect. 1, n. 5; Pere-

zius in Cod. lib. VIII, tit. 9, num. 9, de precario, et interdicto Salviano, etc. « Datur hoc interdictum locatori adversus conductorem, eundemque debitorem de rebus colono natis in agro conducto, vel nominatim pignori obligatis pro mercedibus fundi ne defraudetur: » l. 1, Cod. de precario, et interdicto Salviano, § *Adipiscendæ* 3, in fine Institutionum de interdict.; Voet. ad Pandectas de interdict. Salviano, lib. XLIII, tit. 33, in princ.; Zoes. eodem num. 5; Heinecc. eodem loc., § 352. Vinn. Inst. tit. de Interdictis, § 3; Oinotim. Inst. eodem tit., num. 4 et 5; Perez. in Cod., tit. de precar. et Salviano interdicto, num. 9. Hic tamen a prædio urbano rusticum prædium est distinguendum; ubi enim agatur de prædio rustico, tacite oppignorata censentur ea duntaxat quæ ibi nata sunt, quales sunt fructus fundi, etc.: l. 5, 6 et 7. In quib. caus. pign. Secus vero si de prædio urbano res sit; quo casu invecata ibidem illata tacite pignori obligata censentur pro mercede fundi locati: Perez. in Cod. l. cit., num. 10, etc. Interdictum Salvianum datur tantummodo adversus conductorem prædii rustici, debitoremve: l. 1, Cod. de Salviano interdicto; Heinecc. ad Pand. eod. tit., § 353; Perez. in Cod. eodem tit., num. 12. Quod tamen intelligas de Salviano *directo*, siquidem *directum* est aliud, aliud est *utile*. Hoc autem quod *et quasi Salvianum* appellari solet, Heinecc. ad Pand. l. cit., § 354, in fin., cum competat omni creditori hypothecario adversus debitorem ad possessionem pignoris adipiscendam, competit etiam locatori prædii urbani contra inquilinum pro rebus invecatis et illatis, pignorique obligatis, pro pensione domus locatæ. Quam theoreticam de utili interdicto extendendam esse censuerunt ad quemlibet creditorem, non tantum contra debitorem qui rem ex qualibet causa obligavit, sed adversus quemlibet extraneum possessorem rerum debitoris pignori obligatarum: l. 1, ff. de Salvian. interdict., et l. 1, Cod. eod., et ibi: Accurs. Donellus, Giphanius, Menoch. tom. III Adipisc., num. 23; Cujacius lib. V, obs. cap. 24, etc. Ex quibus colligere est quod Salvianum hoc utile non competat nisi ipsius verificatis extremis, quæ sunt *possessio actualis rei conventi, possessio antiqua debitoris, et creditum cum hypotheca*: Menoch. de adipisc. possess., remed. 3, num. 61 et seq.; Conciol. alleg. 4, num. 1; Rot. cor. Cavaler., decis. 399, num. 1, post Pacific. de Salvian. interdict. decis. 13, num. 2 et seq., post Salgad. decis. 16, num. 14, et Rot. cor. Falconer. decis. 7, num. 1, de Salvian. Interdict. cujus extrema talia esse debent, ut si agatur de credito, illud liquidum undequaque esse debet: Pacific. de Salvian. interdict., inspect. prima, cap. 5, n. 2, et seqq., et inspect. 4, cap. 1, num. 4, et inspect. 5, cap. unic., num. 34; Rot. post eandem decis. 203, num. 1, et seq., in Rec. decis. 204, num. 7, part. XIX, et cor. Falconer. de Salvian. interdict., decis. 1, num. 5. Hypotheca vero talis esse debet ut nullo alio anteriori jure superetur: l. 2, ff. *Qui pot. in*

pign., l. 2: ff. de Salvian. interdict.: Paul. Marches. de Salvian., part. II, cap. 9, Pacific. eod. tract., inspect. 3, cap. 2, num. 441 et seq.; Rot. post ipsum, decis. 176, num. 6; decis. 290, num. 6; decis. 290, num. 1; cor. Priolo, decis. 10, et decis. 144, num. 15; cor. Falconer. de Salviano interdicto, decis. 6, num. 1; et cor. Crescent. dec. 37, num. 3, tom. I. Dum agitur contra extraneum rei possessorem, sunt qui censent prius excutiendum esse debitorem principalem, quam adversus extraneum possessorem interdictum intentetur: arg. Nov. 4, c. 2; Fachin. contr. 8, cap. 93; Tulden. ad tit. Cod., num. 3, etc.

(2. Quidquid de excussione debitoris principalis ante faciendam sentiant præfati doctores, magis communis, verior in praxi, et in iudicando recepta est opinio, quod in iudicio Salviani rejiciatur exceptio excussionis, ex quo ea est altioris indaginis: Surd. cons. 4, n. 36; Casall. cons. 53, num. 8, lib. I, ubi refert doctores ac Rotam; Scapucc. de Salvian. lib. II, quæst. 19, per tot., ubi respondet contrariis; Pacific. de Salviano, inspect. 2, cap. 2, num. 40 et seq., ubi adducit rationes, et de veriori opinione testatur num. 75 et seq.; Conciol. Allegat. civil. 48, num. 5; Garziar. patroc. 3, num. 14; Caren. resolut. 159, num. 3; Cenc. de censibus quæst. 98, num. 39, vers. *Contrarium tamen*, etc.; Ridolphin. in prax. p. II, cap. 6, num. 108; Urceol. consult. forens., c. 22, num. 26; Thomat. decis. 22, num. 29 et seq.; Gratian. decis. 15, num. 8, vers. *tamen verior*, etc.; Rota decis. 40, num. 48, cor. Duran., et decis. 353, num. 3, part. XIV, in Recen., etiam si talis excussio fieri potest sumptibus propriis tertius possessor, eo potissimum quia talis excussio obstat naturæ iudicii, quod est mere possessorium, quodque proinde exceptiones altioris indaginis non admittit: Seraphin. decis. 1200, n. 4 et seq.; Rota in nuperr. decis. 173, num. 17, tom. I, cor. Falconer. de dot.; decis. 20, num. 2, de inventar.; decis. 20, n. 5, et de Salvian. interdict., decis. 7, n. 13, etc.

(3. A Salviano interdicto differt actio Serviana, qua non possessionem, ut in illo, sed jus persequimur: Heinecc. ad Pand. de Salvian., § 353. Quapropter ad adipiscendam possessionem ex Salviano sufficit probare rem de qua agitur pignori obligatam fuisse; in actione vero Serviana illud etiam superest probandum, ubi contra tertium possessorem agatur, rem quam persequitur in bonis debitoris fuisse cum de pignore convenit: l. *ante omnia* 23, de probat.; l. *Et quæ* 15, § *Quod dicitur* 1, ff. de pignoribus; Zoes. ad Pandect., tit. de Salviano, lib. XLIII, tit. 33, num. 4. At de hoc plura vide apud Pacific. de Salviano interdicto; Menoch. de adipisc. rem. 3, pluresque al. supra relat., qui rem ex professo tractant.

(4. Pertinent ad retinendam possessionem, interdicta quæ vocantur *Uti possidetis*, et *Utrubi*: primum est de rebus soli, alterum de mobilibus: l. *Uti possidetis*, l. un. de utrubi; Vinn. inst. h. t. § 4, in prin.; Zoes.

in Pandect., tit. 17, lib. XLIII, n. 1. Plura de duobus his omittimus, ac utiliora tantummodo delibabimus. Interdictum *retinendæ* possessionis, iudicii possessorii nomine in praxi venit: Vinn. Inst. tit. de interdict., § *retinendæ*; Heinecc. ad Pandect., tit. 17, lib. XLIII, § 321; Ridolphin. in praxi iudic., part. II, c. 12, n. 90; Posth. de manutent. observat. 3, n. 6 et seqq.; De Luc. de iudic., disc. 37, num. 58, et disc. 44, num. 1; Merend. contr. jur., lib. XIX, c. 24, n. 5; Politi Dissertat. de jure patron., dissert. 25, num. 42.

(5. *Possessorium* seu *manutentionis* iudicium illud dicitur in quo, rejecto juris examine, simpliciter disceptatur an et quis possideat: Oinotom. Inst., tit. de interdict., § 1, num. 4, quod iudicium maxime receptum est eo quod pluribus commodis ex legum sanctione adjuvantur possidentes. Primum enim ex sola possessione titulum hi legitimæ possessionis educunt, quam nisi actor ad se spectare probaverit, reus in sua possessione perdurabit: l. 11, Cod. de petit. hæredit.; l. 2, Cod. de probat.; l. ult., Cod. de rei vindicat.; l. 4, Cod. de edendo; l. 128, ff. de reg. jur.; Heinecc. instit. tit. de interdict., § 1786; Vinn. inst., tit. d., § *retinendæ*, num. 3; Posth. de manut. observ. 1, num. 6 et seqq.; Mascard. de probat., vol. III, conclus. 1195, in princ. Ulterius etiam in paritate, possidentium conditio semper est potior; l. 125 et 128, ff. de reg. jur.; Heinecc. cit. loc., § 1787. Demum cum fieri possit ut duo dicantur rem eandem possidere, civiliter alter, alter naturaliter, aut alter juste, alter injuste; l. 6, § 1, ff. *Uti possidetis*; l. 3, § 5, ff. de acq. possess., et in l. 3, pr. ff. *Uti possidetis*; l. *Et habet* 15, § *Eum qui* 4, ff. de precario; Cujac. 5, observ. 22. Hinc summo jure statutum fuit manutentionis iudicium, ut dignoscatur quis vere possideat, quive manutendus, proindeque quis actoris, vel petitoris partes, quis possessoris ac rei sustineat: Vinn. Inst., tit. de interdict., § *retinendæ* 3, num. 1; Zoes. ad Pandect., tit. de interdict.; num. 6; Ridolphin. Prax. iudic., cap. 12, part. II, ad n. 92.

(6. Generaliter iudicium hoc possessorium distinguitur in possessorium *summariæ*, alias *summariissimum*, et in possessorium *plenarium*, vulgo *ordinarium*: Voet. ad Pandect., lib. XLIII, tit. 17, num. 6; Vinn. Inst., tit. de interdict., § *retinendæ* 3, in fin.; Politi de novi operis nunc., quæst. 26, num. 11, de Jurepatr., dissert. 25, num. 42; Merend. Contr. jur., lib. XIX, cap. 24; Menoch. de recuperan. in præclud., num. 24; Rot. in Rec. decis. 133, num. 31 et seqq.; part. XII, decis. 324, num. 6; part. XVI, decis. 404, num. 3 et seqq.; part. II, et decis. 523, num. 3; part. III; de qua distinctione vide Merend. contr. jur., lib. XIX, cap. 24, num. 1 et 12. De Luc., de Judic. disc. 37, num. 58. Iudicium possessorium *summariæ* vel *summariissimum* dicitur illud in quo primoribus quidem labiis possessionem simpliciter degustat iudex, ne partes ad arma convolent; idemque, causa summariæ cognita, vi etiam,

imperfectarum probationum extra formam iudicii, ac per modum provisionis simplici etiam detentori possessionem aut manutentionem adjudicat, quin ullus possessionis titulus justificetur: Politi de nov. op. nunc., quæst. 26, num. 12, de Jurepatr., dissert. 25, num. 43; Merend. Contr. jur., lib. III, cap. 13, et lib. XIX, cap. 24, per tot., et lib. XXIV, cap. 39, num. 55 et 56. Hoc autem iudicium tunc demum cum habet, ubi revera rixarum periculum imminet, eo quippe nullus controversis finis imponitur cum non sententia definitiva, sed provisionali tantum perficiatur decreto, quod maturius in iudicio possessorio plenario postea cognoscitur: Merend. Contr. jur., lib. III, cap. 19, num. 4 et 5; lib. XIX, cap. 24, num. 7; Stephan. Gratian. decis. 192, num. 3; Menoch. de recuperan., in præclud., n. 24, a quo summariissimo decreto non conceditur appellatio suspensiva: Politi de nav. op. nunc., quæst. 26, num. 13; Merend. contr. jur., lib. XXIV, cap. 39, a num. 62 ad 79, et num. 84, cum plurib. seqq., et num. 129, cum seqq.; Cancr. variar. resolut., p. III, cap. 14, num. 13 et seqq.; Scaccia de appellat. quæst. 17, limit. 6, memb. 3, num. 2 et seqq.; Oinotom. Inst. tit. de interdict. § *Summa divisio*, num. 18 et seqq.; De Luc. de Judic. disc. 37, num. 56, et disc. 44, num. 4 et seqq.; Menoch. de recuper. in præclud., num. 32. Confer eundem Menoch. de retinenda remed. ult., num. 48 et seqq.; Stephan. Gratian. addit. ad decis. 192. Ipse namque iudex qui decrevit decretum postmodum revocare potest, si aliquando in progressu cognoscat injusto possessori possessionem adjudicavisse: Merend. contr. jur., lib. XIX, cap. 24, num. 8. Hoc unum ergo in hoc iudicio probandum, possessionem nempe a die motæ litis et factæ turbationis: Harprect. et Oinotom. Inst., tit. de interdict., § *retinendæ possessionis*; Voet. ad Pandect., lib. XLIII, tit. 17, num. 2; Ridolphin. Prax. iudic. part. II, cap. 12, num. 103, et civili possessori naturalem esse præferendum: Merend. contr. jur., lib. XIX, cap. 24, numer. 4; Ridolphin. Prax. iudic., part. II, cap. 12, num. 134; Voet. ad Pandect. lib. XLIII, tit. 17, num. 2.

(7. Alterum iudicium possessorium plenarium dicitur illud in quo de possessione antiquiore et minus vitiosa retinenda agitur: in hoc vero iudiciali ordine proceditur, ac sententia definitiva perficitur: Politi de nov. op. nunc., quæst. 26, num. 14 et 15; Merend. contr. jur., lib. XIX, cap. 24, num. 8, et lib. XXIV, cap. 39, num. 8 et seqq., num. 18, et num. 23 cum seqq.; Gratian. decis. 192, num. 2 et 3; Voet. ad Pandect., lib. XLIII, tit. 17, num. 6; Heinecc. ad Pandect., eod. loc., § 321. In hoc possessorio plenario sola non sufficit probatio possessionis tempore motæ litis, ejusque turbatio, sed requiritur etiam quod possessor nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possideat: Vinn. Inst. tit. de interdict., § *retinendæ*, etc., et ibi Oinotom. num. 32, cum seqq.; Voet. ad Pandect., lib. XLIII, tit. 17, num. 2; Merend. contr. jur., lib. XIX, cap. 24, num. 6 et 12; text. in l. 1

et 2, ff. *uti possidetis*: Rot. in Rec. decis. 108, num. 10; decis. 6, num. 4, part. XII; decis. 322, num. 27, part. XI; decis. 172, num. 3; decis. 336, n. 2, part. XVI; decis. 100, num. 6, part. XIV. Cumque omnis possessio legitima præsumatur, onus petitoris erit ut probet quod adversarius vi, vel clam, vel precario possidet: Oinotom. Inst. h. t. § *retinendæ*, num. 44 et 62. Canonici juris sanctione, cap. *licet* 9, extra de probat., in hoc manutentionis iudicio vincit ille qui saniores allegat possessionis suæ probationes, ac titulum justiore, possidenti: Oinotom. Inst. tit. de interdict., § *retinendæ*, num. 64; Voet. ad Pandect., lib. XLIII, tit. 17, num. 5; Menoch. de retin. rem. 3, n. 715, cum seqq. Ab hoc iudicio possessorio plenario appellare licet nedum in suspensivo, sed etiam in devolutivo: Politi de nov. op. nunc. quæst. 26, num. 15; Posth. de manut. dec. 296, num. 11; De Luc. de iudic., disc. 37, num. 56, et disc. 44, num. 4 et seqq. At constitutione Ægidiana in pontificia ditione in iudiciis possessoriis non permittitur appellatio: Rot. cor. Antald. decis. 102, num. 21.

(8. Monendum quoad iudicia possessoria et illud est, quod post institutum etiam iudicium petitorium ad possessorium recurri potest; ex institutione quippe iudicii petitorii possessorio non censetur renuntiatum: Vinn. Inst. h. t., § *retin.* 3, num. 3, et lib. II, quæst. select., cap. 39, § *non obstat*. At fusa de hoc possessorio iudicio, ac de ejusdem cumulatione cum petitorio tractant Voet. ad Pandect. de interdict. lib. XLIII, tit. 1; Zoes. eod. loc., a n. 6; Rot. cor. Falconer. sub tit. de Retin. seu manut.; Covar. pract. quæst., cap. 17, per tot.

(9. Hæc quoad interdictum *retinendæ*: tertio demum accedit alterum *recuperandæ*. Ad recuperandam possessionem pertinet interdictum *unde vi*, quod proditum est ei qui vi de possessione dejectus est: Ulp. in l. 1 et in l. 3, ff. *unde vi, et vi arm.* Habet locum hoc interdictum in rebus immobilibus: l. 1, § *hoc interdictum* 3, 4 et 5, et § *plane*, 8, ff. de vi, et vi armata. Heinecc. ad Pandect., lib. XLIII, tit. 16, § 312, adeoque per extensionem etiam rebus illis incorporalibus aptari debet, quæ inter immobilia adnumerari solent; talia sunt usufructus, vel usus immobilium: l. *Quod est* 3, § *Unde vi interdictum* 13, 14, 15, 16, 17; l. *Si plures* 9, § 1; l. 16, ff. de vi, et vi armat.; Zoes. ad Pandect., lib. XLIII, tit. 16, num. 4. Fructuarius enim dicitur naturaliter possidere: l. *Naturaliter* 12, in princ., ff. de acquir. possess. Nec non jurisdictio, jus patronatus, decimarum, census, redditus annui, ut saltem horum nomine utile detur interdictum: arg. Cap. *Quarum* 24, extra de electione et electi potestate; l. pen. Cod. *Unde vi*; Andr. Gayl. lib. II, observ. 75 et 77; Perez. in Cod. *Unde vi*, num. 3, quod extendit ad servitutes prædiales: Voet. ad Pandect., ff. de vi, et vi armata, sub num. 1.

(10. Quæsitum est an creditore hypothecario dejecto de possessione fundi oppignorati, interdictum *unde vi*, competat creditoribus dejecto, aut potius debitori qui pignori dedit.

Quidquid argui possit ex l. 1, § *quod servus* 22; l. *Si colonus* 20, ff. de vi, et vi armata, ubi dicitur quod tale interdictum vero competat domino, non ei per quem possidemus; receptor ac communior opinio est quod creditori dejecto, non vero debitori, hoc interdictum accommodetur; et quanquam qui pignus dedit, et is possidere dicatur, hoc sic accipias ut possideat quoad usucapionem tantum; in cæteris omnibus possidet, qui pignori accepit: l. *Servi nomine* 16, ff. de usurpat. et usucap.; Gratian. discept. forens., cap. 174, num. 18 et seqq.; Menoch. de recuperanda possessione, remed. 9, num. 201.

(11. Ut tale competat interdictum sufficit etiam naturalis possessio; hinc, si maritus uxori fundum donaverit, eaque fuerit dejecta, recte hoc utitur interdicto, etiamsi donatio sit nulla, quia naturaliter possidet: l. 1, § *Deficitur is*, 9 et 10, ff. de vi, et vi armata, junct., l. 1, § *si vir uxori* 4, ff. de acq. vel amitt. posses. Juste enim an iniuste quis possideat hic non refert; adeo ut si Titius prior verum dominum fundi vi deiciat, et ipse non in continenti; quod licet ex l. 17, ff. *Unde vi*, sed ex intervallo Titium dejecerit, Titius ipse ante omnia restituendus est: § *recuperanda* 6. Inst. de interdict.; l. 1, § *qui a me* 30; l. *quod est* 3, § *eum igitur* 9; l. *colonus* 12; l. *qui possessionem* 17; l. *Cum fundum* 18, ff. de vi et

INTERDICTUM.

ARTICULUS VIII.

Interdictum quoad ejus esse et divisionem.

SUMMARIUM.

1. Interdictum quid sit. — 2. Interdictum dividitur in locale, personale et mistum. — 3. Interdictum locale quid sit. — 4. Interdictum personale quid sit. — 5. Interdictum mistum quid sit. — 6. Interdictum tam personale quam locale subdividitur in particulare et generale. — 7. Interdictum personale particulare quid sit. — 8. Interdictum personale generale quid sit. — 9. Interdictum locale particulare quid sit. — 10. Interdictum locale particulare quid sit. — 11. Interdictio populo unius provinciae vel civitatis sunt interdicti omnes illius provinciae et civitatis habitatores, etiamsi sint innocentes. — 12. Omnes isti nec in suo nec in alio loco audire possunt divina, vel ecclesiastica recipere sacramenta. — 13. Clerus autem non censetur interdictus, interdictio populo, nec, contra, interdictio

(1. Interdictum est censura ecclesiastica per quam homo arcetur a participatione aliquorum sacramentorum, omnium divinarum officiorum, et ecclesiastica sepultura. Colligitur ex cap. *Non est nobis* 11, de Sponsal. et Matrimon., et cap. *Quod in te*, de Pœnit. et remiss.

(2. Interdictum dividitur in locale, personale et mistum, ut colligitur ex jure canonico in cap. *Præsenti* 10, et cap. *Si civitas* 17, de sent. excomm. in 6. (3. Interdictum locale est quo immediate locus ipse interdictur ne ibi divina celebrentur vel audiantur sive ab indigenis, sive ab alienigenis. (4. Interdictum personale est quo immediate in-

vi armata; Bronckhorst. lib. II, Miscellan., assert. 50. Quod si dominus spoliatorem dejecerit, jure novo obtinet spoliatori restitutionem concedendam non esse; sed admittendam dominii exceptionem, dummodo in continenti probari possit deicientem dominum esse, ac spoliatum nullum prorsus jus habere. Consule c. ult. de rest. spoliat. in 6; Ugo Grotius in Responsis Jurisp. Holl., part. v, cons. 157, vers. imo notant., pag. 461; Menoch. de recuperanda poss., remed. 1, num. 112; Peckhius de jure sistendi cap. 17, num. 2; Wassenar. Pract. judic. c. 14, num. 6, 7, etc.

(12. Plura de hoc interdicto reperies apud Voet., Zoes., Vinn., etc., quæ hic omittuntur, quia eo tantum vertitur praxis interdictorum, ut natura ac indoles possessorii iudicii apprime dignoscatur, de quo supra, etc.

(13. Est et altera interdictorum divisio; interdicta enim alia sunt *simplicia*, in quibus apparet, quis actor, quis reus sit, alia sunt *duplicita*, in quibus uterque simul actor et reus est: § pen. inst. h. t.; l. interdict. 2, pr. ff. de interdict. Sunt etiam interdicta *annalia et perpetua*: alia *publica et privata*, alia demum quæ *ad rem familiarem*, quædam *ad publicam utilitatem*, aut *religionem*, aut *jus divinum*, pertinent. Quæ per se satis plana videri etiam possunt apud auctores postremo relatos.

clero, censetur interdictus populus, nisi in sententia aliud exprimitur. — 14. Sub generali interdicto cleri non comprehenduntur religiosi utriusque sexus, nisi exprimitur, vel ex subjecta materia aliisque circumstantiis aliter appareat. — 15. Afferitur ratio, ad num. 16. — 17. Item sub generali interdicto cleri non comprehenduntur episcopi, nisi de eis expressa fiat mentio. — 18. Interdicta civitate, eo ipso intelliguntur interdicta etiam jus suburbia. — 19. Afferitur et solvitur instantia. — 20. Interdicta civitate vel diœcesi, censetur interdicta etiam ecclesia cathedralis. — 21. Interdicta civitate vel diœcesi, intelliguntur interdicta etiam ecclesie regularium. — 22. Interdicta alia sunt a jure, et alia ab homine. — 23. Interdicta ab homine ferri possunt ab omnibus illis qui possunt excommunicare et suspendere. — 24. Excipiuntur tamen superiores regulares, qui non possunt apponere interdicta localia. — 25. 51. Interdicta quæ a jure communi et a constitutionibus apostolicis tam localia quam personalia lata sunt, ad uberiorem notitiam distincte in distinctis articulis hic subnectuntur.

terdicuntur ipsæ personæ, et non locus; et tunc illæ personæ nec hic nec alibi possunt percipere sacramenta, nec exercere functiones sacras per interdictum prohibitas. (5. Interdictum mistum est quo immediate et locus et personæ interdicuntur verb. gr., civitas et ejus incolæ: colligitur ex cap. *Si sententia* 16, de sent. excomm. in 6.

(6. Interdictum tam personale quam locale subdividitur in particulare et generale. (7. Personale particulare est quo persona aliqua particularis interdicuntur. (8. Personale generale est quo interdicuntur aliqua communitas personarum, ut populus unius provinciae, civitatis, vel integra aliqua uni-

versitas, collegium, capitulum, conventus. (9. Locale particulare est quo interdicuntur locus unus particularis, ut particularis aliqua ecclesia. (10. Locale generale est quo interdicuntur locus generaliter, id est locus varia sub se loca complectens, ut regnum, provincia, civitas, ut colligitur ex cap. *Cum in partibus* 17, de verb. significat.

(11. Circa interdictum personale generale sciendum est quod, interdicto populo unius provinciae vel civitatis, sunt interdicti omnes illius provinciae et civitatis habitatores, etiamsi sint innocentes. (12. Et omnes isti, nec in suo nec in alio loco audire possunt divina, vel ecclesiastica recipere sacramenta, quia hujusmodi interdictum sequitur personam quocumque iverit: c. *Si sententia* 16, de sentent. excomm. in 6. (13. Clerus autem non censetur interdictus interdicto populo, nec, contra, interdicto clero, censetur interdictus populus, nisi in sententia aliud exprimitur; unde uno ipsorum interdicto, alius licite admittitur ad ecclesiastica officia et sacramenta: cap. *Si sententia* 16, de sentent. Excomm. in 6. In materia enim poenali uti est ista, verba sunt stricte interpretanda: c. *Odia* 15, de Regul. Jur. in 6.

(14. Sub generali interdicto cleri non comprehenduntur religiosi utriusque sexus, nisi exprimitur, vel ex subjecta materia aliisque circumstantiis aliter appareat. (15. Et ratio est quia in materia odiosa secundum communem acceptionem, religiosi non veniunt nomine cleri, nisi exprimitur; et si quandoque lata significatione veniant nomine cleri, semper fit cum addito *regularis*. Tum quia interdicto lato contra religiosos non comprehenduntur clerici sæculares; ergo in interdicto lato contra clericos non debent comprehendendi religiosi. (16. Ulterius in jure canonico passim ista ponuntur tanquam diversa, ut c. *Si quis suadente* 17, q. 4, ubi dicitur *in clericum vel monachum*; et cap. *Super specula* 10, *Ne clerici vel monachi*. Sic tenent Abbas cap. *Non amplius* 1, de Institutionibus n. 3; Fagnan. ibi., n. 7; Anaclet. § 7, de interd. n. 187; Layman, Rossignolus, Silvester, Ugolinius, Coninehius, Bonacina, Engel et alii multi. (17. Item sub generali interdicto cleri non comprehenduntur episcopi, nisi de eis expressa fiat mentio: cap. *Quia periculosum* 4, de Sentent. excomm. in 6.

(18. Circa interdictum locale sciendum est quod interdicta civitate eo ipso intelliguntur interdicta etiam ejus suburbia, sive hæc sint pars civitatis, sive non, sive sint contigua eidem civitati, divisa solummodo per mœnia interjaentia, sive vicina, dummodo non valde distent; sive suburbia sint ejusdem diœcesis, sive diversæ. Et ratio est quia, si possent in civitatis suburbis divina celebrari, interdicti sententia vilipenderetur, cum cives ad illa de facili possent convolare: ne igitur sententia interdicti possit sic de facili vilipendi, expedit interpretationem fieri laxiorem, ipsum extendendo etiam ad suburbia, ut habetur expresse ex c. *Si civitas* 17, de Sentent. Excomm. in 6. (19. Nec valet dicere quod, quando suburbia sunt

diversæ diœcesis, non possint subesse legibus episcopi diœcesani. Non valet, inquam, quia illud interdictum afficit illa suburbia non quatenus provenit ab episcopo diœcesano, sed quatenus provenit a jure communi per interpretationem quam facit ex rationabili causa; cum respectu etiam suburbiorum diversæ diœcesis militet eadem ratio vilipendii, ex suppositione quod non plus distent a civitate quam suburbia ejusdem diœcesis; æque enim faciliter possent cives ad ecclesias in utriusque suburbis existentes confugere, et ibi interesse divinis et percipere sacramenta, et sic eludere seu vilipendere interdictum, ad quod vitandum fit laxior interpretatio ipsum extendendo etiam ad suburbia: in d. cap. *Si civitas* 17, de Sent. excomm. in 6. Sic tenent Suarez, disp. 32, sect. 2, n. 23; Avila part. v, disp. 1, dub. 3; Coninch., Bonacina, Rossignol., et alii.

(20. Interdicta civitate vel diœcesi, censetur interdicta etiam ecclesia cathedralis: cap. *Si civitas* 17, de Sentent. Excomm. in 6, ubi expresse habetur quod, interdicta civitate, omnia loca ibidem interdicta censentur, cum alias de facili posset vilipendi interdictum talis civitatis, celebrando et audiendo divina in cathedrali. (21. Et propter eandem rationem, interdicta civitate vel diœcesi intelliguntur interdicta etiam ecclesie regularium; ipsi enim tam exempti, quam non exempti, nisi speciali privilegio super eo muniti existant, tenentur servare interdictum locale, nedum a Sede Apostolica emanatum, sed etiam ab episcopo promulgatum: c. *Auctoritate* 4, de privileg. in 6, et cap. *Cum in partibus* 17, de verb. signification., et Concil. Trident. sess. 25, cap. 12, de Regul., ubi expresse habet: *Censuræ et interdicta, nedum a Sede Apostolica emanata, sed etiam ab ordinariis promulgata, mandante episcopo, a regularibus in Ecclesiis publicentur et serventur.*

(22. Interdicta alia sunt a jure, et alia ab homine. *Communis*. (23. Interdicta ab homine ferri possunt ab omnibus illis qui possunt excommunicare et suspendere: cap. *Cum ecclesiarum* 3, de Offic. iudicis ordinar. (24. Excipiuntur tamen superiores regulares, qui non possunt apponere interdictum in ecclesiis sibi subjectis, quia eorum iudicium est personalis, non autem localis, et etiam quia actus iste percutit exercitium jurisdictionis in clerum et populum, illos privando ne in ea celebrare et respective audire possint divina, et sic cum non subditis, ut recte de more suo ratiocinatur card. de Luca de jurisdiction. disc. 99, n. 2; et expresse partibus auditis et informantibus, declaravit sacra congreg. Episc. et Regular. in Neapolitana Censurarum 21 Junii 1697, referente card. Cavaller., contra abbatem S. Petri ad Aram, qui ecclesiam monialium Reginae Cœli sibi subjectam interdicto subjecerat.

(25. Interdicta quæ a jure communi et a constitutionibus apostolicis, tam localia quam personalia lata sunt, ad uberiorem notitiam distincte in distinctis articulis hic subnectuntur.